

Urkunde 1231

Gründungsbeleg der Stadt Ahsfeld

aus: C. W. Ledderhose, Kleine Schriften, 3. Band,
Marburg, 1789, S. 194-196.

VII.

Das Kloster Spieskappel ertauscht vom
Kloster Immichenhain das praedium Hunigeroth
(Hüncherode), erkauft auch andere Güther
daselbst. 1231.

(Vom Original.)

**In nomine sancte et individue Trinitatis: *Godefridus* et
Bertoldus comites dicti de Cygenhagen cunctis christi
fidelibus in perpetuum. Ne tollat factum prescriptio longa
dierum, Scripta fidem firmant, commendat pagina verum.
Hinc est, qvod tam presentibus qvam posteris universis
notum facimus, qvod venerabilis in christo dominus
Heinricus capellensis prepositus omnium suorum, consensu
fratrum predium qvoddam *Bibenahe* nomine dimisit ecclesie
Immichenhagen et fratribus et sororibus ibidem deo
famulantibus pari voto consentientibus et aliud predium
Hunigerote nomine in concambium ab illis, qvia magis
adjacebat, sue accepit ecclesie, quod sic qvoqve firmatum est,
ut qvecunqve ecclesia non partibus utrisqve consentientibus
aut cassare vel mutare voluerit, alteri decem solvat
denariorum talenta. Testes hujus concambii sunt *Ortho* prior,
Ludolfus supprior. *Olicus* custos, canonici cappellani.
Hermannus de Rumeroth, *Hertheinus de Aldenburch*.
Ekehardus de Celle. *Baldemarus villicus de Adelsveld*, milites.
Frethericus Conradus Kastelan, burgenses in Adelsveld. *Gyso*.
Conradus. *Rothegeerus Osse*. *Hartradus de Milenhusen*, de
Cygenhagen milites. *Heinricus Wilde*. *Rodegerus Cintgravius*
de Schrekesbach et Gozmarus miles. *Insuper H.* prepositus
prefatus et conventus, ecclesie cappellensis a domino *Rudolfo*
de Frethingeroth et uxore ejus *Cunegunde* et eorum liberis**

emerunt bona qve habuerunt in Hunigeroth perpetuo possidenda. Testes aderant *Berwicus viceplebanus in Oula.* *Bruno de Aldentorph.* *Gerlacus Westerscele.* *Harmannus advocatus.* *Widikindus de Salmans.* *Ludewic Westerkele.* *Ernestus de Millebach.* *Warmundus*, milites. *Heinricus de Husen.* *Heinricus de Meingozeshusen*, advocati. *Heinricus Munt.* *Ludewicus filius Taymari* et alii qvamplures. Preterea bona qve domina. *Cunegundis de Scrikesbach* habuit Hunigeroth ab ipsa et pueris ejus possidenda perpetuo compararunt. Testes *Gysa Pain.* *Bruno*, milites de *Scrikesbach.* *Rothegeerus Cintgravius.* *Heinricus Snichel.* *Heinricus servus prepositi.* *Richqvinus* et alii. Preter hec premium qvod *Heinricus Munt* a domino *Theodorico de Mazem* ratione hominii tenebat in Hunigeroth ab ipso H. et uxore et pueris ejus compararunt perpetuo possidendum. In hujus autem predii restaurum idem H. Munt domino T. de Mazem alia qvedam bona resignavit et eidem loco et vice jam dicti predii a manu domini T. in feodo accepit possidenda. Testes *Albertus de Werneswith.* *Volchardus.* *Hartmannus de Hoenberch.* *Wernherus de Bruningeshusen.* *Henricus de Westheim*, milites. *Warmundus juvenis de Werneswich.* *Everhardus villicus de Hoinberch* et fratres sui *Ekkehardus et Conradus.* *Heinricus de Gervishagen* et filius suus *Gerhardus.* *Ludolfus de Malzveld.* *Godescalcus de Gensingen.* *Theodericus Faber* in Hoenberch burgenses. Sed et bona qve habuit dominus *Hermannus Copo* in sepe dicta villa Hunigeroth ab ipso et suis coheredibus sibi compararunt perpetuo possidenda. Testes *Ortwinus de Heene.* *Bruno plebanus de Aldentorph.* *Bruno dapifer* et duo filii ejus *Conradus* et *Gerlachus.* *Heinricus de Octereshusen.* *Gysa.* *Ekkehardus Koppelin.* *Ekkehardus de Rolekerken.* *Frethericus et Conradus de Adelsveld* et alii. Igitur qvod legitime factum esse cognoscimus presenti notula cum sigilli nostri testimonio roboramus. Acta anno verbi incarnati M.CC.XXI. Indictione IIII. domino Heinrico preposito sue prelature primum annum agente.

(**Sigillum Godefridi ovale in qvo Capra sine stella delineata est. Sigil. Bertoldi exhibent Anal. Hass. Coll. XII.**)